

Fratres:

- ¹ **O**bsecro vos ego vinctus in Dómino,
ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis,
² cum omni humilitáte et mansuetúdone,
cum longanimitáte, supportántes ínvicem in caritáte,
³ sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis;
⁴ unum corpus et unus Spíritus,
sicut et vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ;
⁵ unus Dóminus, una fides, unum baptísma;
⁶ unus Deus et Pater ómnium,
qui super omnes et per ómnia et in ómnibus.
- ⁷ Unicuíque autem nostrum data est grátia
secúndum mensúram donatiónis Christi.
- ⁸ Propter quod dicit:
«Ascéndens in altum captívam duxit captivitátem,
dedit dona homínibus».
- ⁹ Illud autem «ascéndit» quid est,
nisi quia et descéndit in inferióres partes terræ?
- ¹⁰ Qui descéndit,
ipse est et qui ascéndit super omnes cælos,
ut impléret ómnia.
- ¹¹ Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos,
quosdam autem prophétas,
álios vero evangelístas,
álios autem pastóres et doctóres
- ¹² ad instructiÓNem sanctórum in opus ministérii,
in ædificatiÓNem córporis Christi,
- ¹³ donec occurrámus omnes

in unitátem fidei et agnitiónis Fílii Dei,
in virum perféctum,
in mensúram ætátis plenitúdinis Christi.

Verbum Dómini.